



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Lib. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)



CIVIS COELI

LIBER QUARTUS

PARADISUS

Desiderium Sanctorum

Gradus I.

*Desiderium Sanctorum & Visio
beata.*

Abi est cor, ubi est thesaurus: & hoc
 desiderium communicatur à Spiritu Sancto
 & ab Ecclesia ejus Sponsa: Spiritus
 Sponsa dicunt: Veni: operante
 nobis, ut dicamus Christo: veni
 & largire nobis tuam Gloriam. Oportet
 magnum, & quàm immensum est hoc desiderium
 corde adornato Gratia! quæ, cum sit natura ecclesiæ
 & Divinæ, erigit & incitat subiectum, in
 quo reperitur, ad cælum &
 ad Deum.

Apo. c. 12.

II.

*Desiderium Sanctorum, unicum obiectum
inter omnes res creatas.*

Inter omnes creaturas nullum est aliud obiectum,
quo quiescere possit Beatus, quam possessio sum-
mi Boni, & Gloria Paradisi. Ibi est pax mentis,
quies cordis, requies animæ, refrigerium & gaudium
superius hominis, propter Deum creati, & ut sit beatus
& gloriosus in Gloria & Beatitudine ipsiusmet Dei.
Sed excellens & singularis in hoc desiderio extitit
sancta Maria Ognacensis, quæ, cum ei quadam
vice appareret Dominus, *more impatiens clama-
bat, amplexando Dominum: Nolo, Domine, ut
me recedas, non cupio hic morari amplius,
sed ire volo; per domum intelligens patriam
caelestem.*

III.

*Desiderium Sanctorum migrandi ex
hoc mundo.*

Vident Sancti, quod non habeant hic civitatem
permanentem & stabilem, idè semper futuram in-
veniunt. Talis erat Apostolus, qui *cupiebat elongari
a corpore, ut præsens adesset Christo, & desiderium
habebat dissolvi, & esse cum Christo.* Hic est pro-
prios affectus hominis Christiani, ut cogitet se
peregrinum terræ & civem cæli: censeatque
vitam præsentem sibi obtingere pro materia
patientiæ, & futuram pro obiecto
desiderij.

IV. De.

IV.

Desiderium Sanctorum, eò quod in paradiso sit omnis sanctitatis complementum.

In cælo est *Sancta Sanctorum*, & Sanctus Sanctorum: ubi sanctitas recipit palmam, ac ultimam attingit perfectionem: & deserens motum desiderii summa pace & quiete constituta est. Quadam vice dam Sanctæ revelata fuit sua prædestinatio, quæ dicebat: *Audivi à Domino meituram in Sancta Sanctorum.* O *Vocabula dulcissima!* O voces suavissimas. Deinde conversa ad aliam quandam Virginem, quæ ei inserviebat, dixit: *Dic mihi, quod est Sancta Sanctorum? annon paradisi?* Et continuo extitit in nimio gaudio & júbilo quasi raptâ repetebat: *Sancta Sanctorum.*

V.

Desiderium Sanctorum, quod pro obitu habet summum bonum Glorie.

Minimus gradus Gloriæ major est cunctis bonis: *Melior est racemus Ephraim vindemiz* vel, ut legitur in Hebræo: *Racematio melior est cunctæ Mundi vindemiz.* Quapropter iure sancti desiderium suum collocant in rebus non de bonis cælestibus, quorum possidendorum firma ducti spontè renunciant omnibus, quotquot, adhuc viventes, possidere possent.

PARA

PARADISUS,

Flumen Pacis.

VI.

*Flumen pacis, symbolum & figura
Gloria.*

IN Isaia dicitur : *Declinabo super eum quasi fluvium* Isa. c. 66.
Pacis. Et attribuitur ei hoc nomen, non quod effluat, S. Bern.
sed quod affluat : non quod transeat, sed quod abundet
omni aqua consolationis & gaudij.

VII.

*Flumen pacis, à parvulo fonte originem
ducens.*

Parvulus fons crevit in fluvium. Quia momen. Esth. c. 10.
taneum hoc & leve tribulationis nostra aeternum Glo-
ria pondus operatur in nobis. Praterca, fons crevit 1. Cor. 4.
in fluvium : quia Gratia est parvulus fons in Via-
toribus ; ast in magnum crescit fluvium unita cum
visione beata in Comprehenforibus. Quapropter,
si desideremus abundare in flumine Gloriae ;
è fonte Gratia primò bibamus,
necessè est.

VIII.

VIII.

*Flumen pacis, accendens simulque extinguens
anima sitim.*

Ad explendam extinguendamque rabiosam sitim
qua cor humanum laborare solet, majus efficaciter
adhiberi nequit remedium, quam si accedatur
hoc flumen pacis, quod, accendendo desiderium
pariter extinguit desiderium terræ. Et ut hunc
experiaris effectum; semper Deum exorabis,
nonnullam cœlestis illius & Divinæ aquæ guttulæ
quæ multis parasangis cunctos voluptatum man-
narum torrentes superat, tibi communicare dignetur.
Quia, ut optimè ait Richardus de sancto Victore
*Quod totius Mundi copia non satiat, Divina
dinis gutta plene inebriat.* Unica sola guttula, ca-
ebriare poterit: ubi integra flumina & maria
ciarum mundanarum haudquaquam te satiare
tuisent.

Richa. de
S. Vict.

IX.

*Flumen pacis clarissimum & luci-
dissimum.*

Apoc. c. 22.

*Ostendit mihi fluvium splendidum, tanquam
stallum: propter puritatem consolationis & gratiæ.*

Jer. c. 2.

Quemadmodum à contrario consolationes mundanæ
comparantur aquæ turbidæ. Quid tibi vis in
Egypti, ut bibas aquam turbidam? Quomodo
sum desiderare poteris reditum in Egyptum, ubi
bas aquas turbidas & stagnantes? Quomodo
aquæ magis accendunt sitim bonorum terre-
norum, & istæ eam profusè re-
stinguunt.

X.

*Flumen pacis, procedens à sede Dei,
& Agni.*

Ostendit mihi fluvium procedentem de sede Dei & Agni. Apoc. c. 22.
Quia tota nostra gloria non tantum est à Deo, tanquam à causa primariâ, & à Christo, tanquam à causa secundariâ: verum etiam tota est in Deo, & in Christo, puta, in visione beata Divinitatis & Humanitatis Christi, in quo, veluti in objecto omnis felicitatis, quiescit & quietatur Beatus.

PARADISUS,

Domus Dei.

XI.

*Domus Dei, splendida propter ornamenta
Gloria.*

Domine, dilexi decorem domus tua, & locum habitacionis Gloria tua, dicebat Regius Propheta David. P. 41. 55.
O Sacramentum Dei, & sanctissimæ Trinitatis, in quo ipsa met habitat sanctitas per essentiam, & videtur, & possidetur per fruitionem, tibi suspiret peregrinatio mea, tibi inhiat cor meum, tibi intendat mens mea, ad societatem beatitudinis tua pervenire desideret anima mea, ubi est tota mea felicitas & beatitudo. S. August. Med. c. 22.

XII.

Domus Dei immensa, & carens termino.

Quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius: Magnus, & non habens finem, excelsus & immensus. Belv. c. 3. S. Ant. p. 3.
Domus Dei non est aliud, quam ipsemet Deus. Quæritur: Antequam faceret Deus cælum & terram, & antequam faceret Sanctos, ubi habitabat Deus? S. Aug. ep. 121. Et

Et respondet: *In seipso, & apud seipsum habitabat*: in sui propria essentia, in sua propria immensitate, & infinitate. *& ipse sibi est locus, & omnia*. Et quando de Deo affirmatur, quod habitet in aliquo loco, sive materiali, sive spirituali; id non dicitur, quod indigeat loco; sed quia locus indiget Deo, ut ab ipso consecretur & sustentetur in esse.

XIII.

Domus Dei, irrigata flumine amoris, gaudii & pacis.

Psal. 41.

Fluminis impetus laetificat civitatem Dei. Est flumen procedens de sede Dei & Agni: quia Beatorum Gloriam habet pro principio Divinitatem, & Humanitatem Christi pro merito. O flumen dulcissimum & abundantissimum Gloriæ beatæ! *Fœlix ille, qui bibit ex eo, & trahitur in aquis tuis!* Verum ad hunc fluvium devenit per alium fluvium: *Ad flumen gaudiorum trahitur per flumen lacrymarum*. Enim verò aquæ lacrymarum contristant carnem; at recreant spiritum, non in futurum duntaxat, sed etiam in præsentem vitam.

XIV.


Civitas Dei, Civitas sanctissima.

Psal. 42.

Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus: vel alij legunt: *Sanctum tabernaculum Altissimi*. Cui rationem reddit: quia *Deus in medio ejus, non commovebitur*. Deus namque, qui est infinitè sanctus, totum illud habitaculum penetrabit, & adimplebit suam Gloriam; ideoque non commovebitur. Nulla in eo prorsus commutatio; sed aeternâ stabilitate solidabitur. Sed quando adveniet tempus hoc fœlicissimum? Respondet Prophetæ: *Adjuvabit eam Deus mane diluculo*. Sub die ortum & principium: de illo die loquitur, cui nunquam succedet nox, de die aeternæ fœlicitatis, quando continebit lumen aeternæ Gloriæ.

Civitas Dei, super omnes alias amabilis & desiderabilis.

Quam dilecta tabernacula tua, Domine, virtutum! *Psal. 38.*
 O quam amabiles, ac desiderabiles sunt cœlitum habitationes! Quam misera terræ habitacula, quam fœlicia cœlestia! Misera Mundi à se me repellit, fœlicitas cœli me attrahit. Beatus ille, qui vitam præsentem ut miseram, & solum futuram & fœlicem apprehendit! Beatus, qui spernit omnia hæc temporalia, & magni solum æstimat æterna! O Beatum illum, qui dicere potest: Quia habitatio mea in cœlo est, *In cœlum mente conscendo, Socrati: Solem hunc, Solumque despicio.*



PARADISUS,

*Civitas Angelorum.**Civitas Angelorum, aut per naturam, aut per gratiam.*

Substantiæ Angelicæ, perfectissimæ, & purè spirituales sunt Angeli ex naturâ suâ: & animæ nostræ sunt Angeli per gratiam, ipsis quippè Angelis in gratiâ & puritate assimilari debent. Quapropter consulit S. Ambrosius, dicens: *Esto Angelus, sequendo mandata Dei, S. Ambrosii: Divinæ obediendo voluntati: & cum fueris Angelus, in Psal. videbis faciem Dei.*

Civitas Angelorum, non propter beatas animas duntaxat, verùm etiam propter corpora gloriosa.

Beatorum insuper corpora Angelis ipsis erunt similia: *Seminatur corpus animale, & surgos spirituale.*

Et quidem similia erunt, non in natura; sed primò in puritate, quia, ut ait Christus D. N. Beati in celo *Matth. 12.* non nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei, sine ulla passione sensus & carnis. Secundò, in vita, quia non vivent vita corruptibili, & cibi materialis indiga; sed in mortali & incorruptibili, quia erunt lucida & impo-
sibilia, subtilia & penetrabilia, veluti Angeli.

XVIII.

Civitas Angelorum, ubi per Beatos reparabuntur ruina Angelorum rebellium.

Cecidere Angeli, & eadem dotati Gloria, easdemque quas illi occupabant sedes conscendent homines. *Apoc. 6. 21.* de causa dixit S. Joannes in Apocalypsi: *Morsura heremis, qua est Angeli, quia homo subintrant in locum Angeli.*
Haim. Numerus hominum salvandorum, ut nonnulli volunt æqualis erit numero Angelorum damnatorum.

XIX.

Civitas Angelorum, Zelatorum animarum.

Cuncti cæli Incolæ ac cives persequuntur montes Angelis proprio, quod est zelare & procurare salutem animarum. Omnes enim precantur: *Vindicta, Domine sanguinem Sanctorum tuorum, simulque expectant delictorum omnium non peccatorum, sed peccati & regni peccati ut crescat Regnum Christi, & amplius se extendat laus ejus gloria, & Deus sit omnia in omnibus.*
S. Aug.
S. Paul. Apost.

XX.

Civitas Angelorum numero alios Beatos excedentium.

S. Aug. 10. 3. Quia, juxta dictum D. Augustini, est major pars civitatis, *li. 11. de Civitate Dei* Civitatis, & id beatorum, quia nunquam peregrinatur.
vit. 1. 9.

Et dicere intendit Sanctus Doctor, duas ob causa Paradisum condecorari tali titulo: primò, quia Angelorum multitudo longè major est in cœlo, quàm erit multitudo animarum beatarum: etenim, secundum regulam S. Dionisi, qui sunt perfectiores in specie, in majori etiam numero à Deo producti sunt: secundò, quia Angeli beati nunquam ob peccatum se separarunt à Deo, quemadmodum homines se separarunt; sed semper perseverarunt in gratia, & in amore Dei.

PARADISUS,

Objectum desiderij.

XXI.

Objectum desiderij excedens quodcumque aliud desiderium.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, Psal. 41. ita desiderat anima mea ad te Deus. Quando veniam & apparebo ante faciem Domini? Et hic est terminus desiderij: Hic est, quod sitio: venire & apparere ante conspectum Dei. Sitio in cursu, satiabor in adventu; sit. o existens peregrinus, satiabor, cum facio civis. S. Aug. in Psal. 41.

XXII.

Objectum desiderij, forte & patens.

Cervus in cursu velocissimus est, & eò magis, postquam occidit serpentes: Peremptis serpentibus ad fontes S. Aug. l. c. acrius currit. Talis debet esse curius & desiderium animæ: Non sit tarditas in currendo: impigrè curro, impigrè desidero fontem, mactando etiam peccatorum serpentes: Consume serpentes iniquitatis, tunc amplius desiderabis fontem veritatis.

L 3

XXIII.

Obiectum desiderij accensum & ardens.

Non quodcunque desiderium penetrat nubes, transgreditur cœlos, & ferit cor Dei: sed desiderium ardentissimæ charitatis, impatiens vitæ, anhelans ad mortem, suspirans ad fontem æternæ dulcedinis & suavitas. Dicebat quidam vir sanctus: *Desiderium, quod sine dormire, non est perfectum.* Quemadmodum experiebatur S. Franciscus Xaverius, qui non de die duntaxat Deum semper intentus erat, & conversabatur inter cœlestes ves in Gloria; verum etiam nocte in somno aspirabat Christum unicum suum bonum, dicens: *IESU, amor meus: bone IESU, Creator meus.*

For. sel.

XXIV.

Obiectum desiderij solitarii & singulari.

Desiderium cœli non admittit aliud desiderium, quod sapit terram. Verus Paradisi amator dicere debet, ut Regio Propheta David: *Singulariter sum ego, donec transeam: vivo solus & solitarius solitudine affectuum & desideriorum: non desidero honores, divitias, dominium Mundi hujus pompam: sum veluti mortuus Mundi: omnibus rebus creatis, vivo solo solus Boni in cœli desiderio: idque donec transeam, hunc modum vivere sequar & servabo, donec transeam, ad mortem usque donec è vita præsentis & temporali migrem ad futuram æternamque vitam.*

Psal. 140.

XXV.

Obiectum desiderij, proportionatum & adequatum.

Non est mirum, quod anima nostra spernat despiciatque quodcunque aliud bonum, & solummodo desideret summum bonum: *Quia anima habens Deum in se, quæ capacem enim Dei, quicquid Deo minus est, non implere potest.*

S. Laur. in
Stina. de si
de, c. 6.

Quapropter verissimè affirmari potest: *Tunc satiabor, cum apparuerit Gloria tua proportionata & adæquata meo desiderio.*

PARADISUS,

Hæreditas cœlestis.

XXVI.

Hæreditas cœlestis, fructus Filiationis DEI.

Si filij & hæredes. Et sicut summa dignitas est, esse Filium Dei: *Omnia dona excedit hoc donum; ita summa de Nat.* & infinita hæreditas est, quæ ei competit. Filio Regis correspondet hæreditas Regia, & Filio Dei hæreditas Divina correspondere debet. Quamobrem, qui est Filius Dei per gratiam, omnino sibi persuadeat, & ut certum teneat, se fore hæredem æternæ Gloriæ.

XXVII.

Hæreditas cœlestis, Visio Dei Beata.

In visione beatifica continentur omnes gratiæ, omnia bona, quæ Deus suis Filiis communicare potest: *Visio S. Aug.* est tota merces, quam promerentur Filij Dei. Per gratiam Filius Dei acquirit jus ad hanc hæreditatem: at usum & possessionem ejus per Gloriam: in hac vitâ ea speratur solum, & in futura possidetur: etenim in hac vitâ sumus quidem Filij Dei, at non manifestatur nostra filiatio, veluti manifestabitur & comparebit in futura vita.

L 4

XXVIIJ;

*Hæreditas cælestis, hæreditas perpetua,
immaculata, & invariata.*

*S. Apost.
Pet.*

Filiis Dei ea præparata est hæreditas, quæ nulli sub-
jecta est litæ, neque mutationi, aut fini, veluti docet
S. Apostolus Petrus: *Regeneravit nos in spem vivam
in hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam, in-
marcessibilem, conservatam in cælis.* Ubi vocatur
illud: *conservatam in cælis*, benè ponderandum est.
Ex quo sequitur, totam nostram fœlicitatem & beati-
tudinem non in terrâ, sed in cælo sperandam esse.

*Hom. 37. in
Evang.*

Quapropter, ut notat S. Gregorius, hæreditas terrenâ
differt à cælesti, quod illa in morte perditur, hæc
venitur, ut testatur Propheta: *Cùm dederit dilectum suum
somnia, ecce hæreditas Domini.* Postquam homo des-
mierit in somno mortis, & perdidit hæreditatem
Mundi; possessionem capiet hæreditatis Dei.

Psal. 126.

*Hæreditas cælestis, stabilita & confirmata
morte Christi.*


Hebr. 9.

Ubi testamentum est, mors necesse est intercedat testam-
torum. Quamobrem mors Christi necessaria fuit, ut
testamentum suum confirmaret, nosque in suâ hæredi-
tate stabiliret. Verùm testamentum à Christo condi-
tum fuit testamentum onerosum, cum pensione, sed
que testamentum conditionatum. *Glorificabimur,
compatimur.* Reliquit nobis quidem pro hæreditate
Gloriam cælestem; sed cum hac conditione, ut primi
in præsentem vitam patiamur & compatiamur. Debemus
esse hæredes Gloriæ, verum est, ac primò Crucis
Christi: & si recusaverimus hæreditatem Crucis, tan-
quam infideles & ingrati privabimur quoque hæredi-
tate Gloriæ.

XXX.

*Hæritas cælestis, quæ incipit in Gratia; at
perficitur in Gloria.*

Quod si hæc hæritas consistat in visione Dei: ergo
primò incipit, cum Deum fide apprehendimus & vi-
demus in hac vitâ, & deindè lumine Gloriz in altera.
In hac vitâ hæritas Christiani hominis est *thesaurus* *Ezech. 20.*
invisus. Habemus & possidemus Deum fide, at non
videmus eum, neque cum fide pulchritudine ejus frui-
mur. *Filij Dei sumus, & si filij, & heredes: sed nondùm* *S. Ioa. 1. c. 3.*
apparet hæc dignitas: apparebit, cum videbimus eum
lumine gloriæ, sicuti est.



PARADISUS,

Æternitas fœlicissima,

XXXI.

*Æternitas fœlicissima, propter perfectionem
durationis.*

Gloria Beati debet esse perfectissima, non in esse
duntaxat, sed etiam in duratione: ergo durare
debet duratione perfectissima, qualis est æternitas,
quæ dicit negationem omnis imperfectionis, & ter-
mini, & successionis, & variationis, & mensuræ, &
limitationis. Quapropter in perfectione sua est duratio
interminabilis sine fine, permanens sine successione,
immutabilis sine variatione, immensurabilis
sine mensura, illimitata sine
termino.

L 5

XXXII.

Æternitas felicissima, propter infinitatem sine termino.

Æternitas est instar circuli: ejus centrum est SEMPER, circumferentia NUNQUAM. Unde hæc sunt duæ principales conditiones æternitatis, durare SEMPER, NUNQUAM habere finem. Et sunt communes cum æternitati, & Beatorum in cælo, & damnatorum Inferno: Beati SEMPER gaudebunt, NUNQUAM gaudere desinent; & damnati SEMPER ardebuunt, NUNQUAM ardere desinent.

XXXIII.

Æternitas felicissima, semper sibi similitudo propter immutabilitatem.

Proprietas Æternitatis hæc est, quod nunquam crescere aut deficere possit. Quemadmodum de Deo affirmatur, si vè sit, si vè non sit cum Mundo conjungitur, nihil additur, nihil demitur ipsi Deo. Unde modum est perfectior cum creaturis consideratus, ac erat æterno, quando solus erat, & sine illis. Eodem modo dicendum est de æternitate: Unde si æternitati aliquot annorum addideris myriades, nihil addidisti: si salubria & diminueris, nihil minuisi: quia semper remanet sua duratione eodem modo infinita. Unde post annorum millium millia nihil deest æternitati; ita nec quàm ipsi Beato demitur de sua Gloria. Et idem dicendum est de misero damnato. Siquidem tam peræbibilem ita constituta & intensa erit in dolore vel gaudet ac si de novo inciperet.

XXXIV.

Æternitas felicissima, propter infinitatem gaudij in duratione.

Quod si omne bonum tamen finitum, modo interitum duraret, infinito pretio æquiparandum & æquandum.

mandum esse; quanto magis aestimanda erit Beatorum
Gloria, quæ est infinita in esse, & infinita in duratione?
Est summa & sempiterna Gloria, summum & sempiter-
num gaudium, summa & sempiterna beatitudo: similis
beatitudini Dei, quæ duplici ratione in se infinita est, &
in sua felicitàte, & in sua æternitate.

XXXV.

*Æternitas felicitàta, sine ulla successione
ac divisione.*

Totum bonum, quod Æternitas Gloriæ apportare
potest, simul conjungit & componit in unum. Enim-
verò Beatus non apprehendit & gustat dumtaxat bonum
& gaudium præsens, verum etiam illud gaudium o-
mnium sæculorum futurorum. Ergò æternitas felicitàta,
æternitas beatissima, beatus qui te possidet,
beatus qui ad te anhelat & aspirat, & beatus, qui in
corde suo tui conservat memoriam; siquidem confi-
deratio tua securum medium est, quod ad tui conducit
possesionem.

PARADISUS,
Bonum Universale.

XXXVI.

*Bonum Universale, bonorum omnium
possessio.*

IN beata illa patria perfecta aderit possessio omni boni,
Iar redacti in unum solum & summum, quod est Deus,
qui omnia omnibus, & omnibus omne bonum erit:
Honor noster, Deus noster: divitia nostra, Deus noster erit. S. August.
Et totum id, quidquid pulchri & boni in cunctis rebus *so. 20. serm.*
desiderari potest; totum id, cum infinito excessu, Beatus *4;*
possidet unitim in Deo. Unde bene ait D. Augustinus:
Quæ-

Thom. de
Kemp.

Quaecunq; hic varia quaris, unus ibi omnia Deo
Quapropter dimitte omnia propter Deum, & invenies
omnia in Deo.

XXXVII.

*Bonum Vniversale, propter aeternam
securitatem.*

S. Greg. in
fine 7. Ps.
Poet.

Quia ibi eris certa securitas, & secura aeternitas
aeterna tranquillitas, & tranquilla felicitas, &
suavitas, & suavis jucunditas. O securitatem deli-
ratissimam! O aeternitatem foelicissimam! O spacio-
ritatem beatissimam! O suavitatem, O jucunditatem
dulcissimam & delicatissimam! Beatus, qui in tantum
bonum collimat, mentisque figit obrutum, & qui
ipsi mortuus, Deo soli vivit.

XXXVIII.

*Bonum Vniversale, propter beatam Dei
Visionem.*

Apoc. 22.
S. Bern.
serm. 1. de
divor.
Apoc. 23. ex
Arabico.

Videbunt faciem ejus, nempe Dei, quae est principium
origo, fons, oceanus, & immensum pelagus omnium
Est torrens inundans laetitia, & flumen Gloria: vel
alij legunt, beatificus Dei vultus est veluti quoddam
mare, propter copiam & abundantiam gratiarum
rumque, quae abundantissime communicat ipsi Deo
& ab illo vivifico ac Deifico mari absorbetur. Beatus
totus immergatur gaudio & Essentiae Dei.

XXXIX.

*Bonum Vniversale, quod acquiritur per
Crucem.*

S. Pet. c. 1.

Sed modicum nunc oportet contristari, in variis
tionibus. Priusquam tam inexplicabile, tam altum
tingamus bonum, per viam crucis ambulemus, necesse
est. Sed ecce differentiam inter laborem & premium
Premium, quod acquiritur, est premium quoddam

Universale, & infinitum in quantitate, & in duratione, quia est immensum & æternum; at labor crucis est modicus, valde exiguus est in quantitate, & brevis in duratione, est crux instantanea, & momentanea, punctum in intentione, & momentum in duratione: sed est punctum, quod nobis acquirit immensitatem Gloriæ, & est momentum, quod comparat nobis paradisi æternitatem.

XL.

Bonum Universale, quod universali etiam tribulatione, & pœna comparandum esset.

*Eterna Gloria æternò labore esset emenda. Verùm misericordia Dei tantùm haud petit, sed pauxillo contenta est: dat cœlum pro siliqua terræ, dat æternitatem pro momento temporis: *Damus luxum*, dicebat S. Cæcilia, *In actibus accipimus aurum*: cum operum nostrorum vilitas exaltet ac nobiliteretur valore Gratiæ. Sed hoc pauxillum, quantumcunque est, & datur pro gloria, totum dari debet: quia hoc ipsum est, quod à nobis Dominus postulat, nimirum, ut ex toto ei serviamus, eumque amemus. Et hac solutione optimè contentus est, qui enim dat totum, dat omnia: & non parùm, sed multùm dat, quia tantùm dat, quantum habet.*

PARADISUS,

Admiratio Justorum.

XLI.

Paradisus, admiratio Iustorum, propter pramium Beatorum, & pœnam Damnatorum.

Vita nosira, stupor & pavor. Et vult dicere: homo Esdr. li. 4. Christianus in hac vitâ vivere debet in continuo c. 4. stupore

stupore & timore: in timore æternæ pœnæ Inferni, & in
stupore & admiratione æternæ Gloriæ cæli. Prima causa
admirationis in beata vita est infinitas Gloriæ: quia est
gloria in omni genere boni infiniti. Etenim si consideretur
retur visio beatifica, est infinita: si amor, est infinitum
gaudium, infinitum: si laus Dei, infinita: & idem afferendum
est de omnibus perfectionibus & bonis, quæ in
Gloria reperiuntur. Gloria est Beatitudo infinita, quæ
versatur circa objectum infinitum, quod est Deus. Quod
propter vitam unius Iusti in terra debet esse in cœlesti
gaudio, admirando infinita cæli bona, & sperando
bona finita & limitata terræ.

XLII.

*Paradisus, admiratio Iustorum, propter
Gloriæ immensitatem.*

Immensitas Gloriæ in Beatis est causa admirationis
quia est quædam Gloria unius immensæ capacitatis
in se contineat & amplectetur omnia genera bonorum
naturæ & gratiæ: & bona materialia & spiritalia
naturalia & supernaturalia: & humana & Divina.
status, ut paucis plura complectar, omnium bonorum
gregatione perfectus, quietans, satians & beatificans
humanum.

Hortius.

XLIII.

*Paradisus, admiratio Iustorum, propter
Gloriæ æternitatem.*

Adauget in Sanctis admirationem æternitas Gloriæ
quia est Gloria interminabilis sine termino, & sine
induratione: siquidem interminabilis etiam, & sine
fine existunt eius causæ. Interminabile est lumen Gloriæ
causa effectiva Gloriæ, & interminabilis est Deus, causa
eiusdem objectiva. O Gloriam æternam! O Gloriam
sine termino! O Gloriam sine fine! Quis comprehen-
dere potest durationem tuam? Hoc dicere sufficit: Tanto
tempore Beatus erit in Gloria; quanto tempore
Deus erit Deus, beatus & felix
in seipso.

XLIV.

XLIV.

Paradisus, admiratio Iustorum, propter felicitatis immutabilitatem.

Beatis insuper superaddit stuporem immutabilitas Gloriz. Siquidem summo opere admiratur Beatus, quod semper eodem modo persistat absque ulla mutatione aut variatione, & non per lustra aut sæcula quædam; sed *in æternum & ultra*, semper & eodem modo gloriosus & beatus, sine intermissione, sine remissione beatæ visionis suæ. Et hæc stabilitas Gloriz dependet quoque à suis causis invariabilibus: siquidem lumen beatificum, quod efficit visionem, est permanens & invariabile in natura sua, & Deus, qui videtur, est ipsa immobilitas, & immutabilitas per essentiam.

XLV.


Paradisus, admiratio Iustorum, propter gloria puritatem.

Sicut Deus in tota sui esse latitudine est actus purus, unde essentialiter est omne esse, omnisque perfectio; ita, suo modo, Gloria beata est pura in sua natura, in quantum excludit omne malum contrarium, sive illud sit malum culpæ, sive quid aliud, quod ei quodammodo rationem defectus attribuere potest. O Gloria! O gaudium! O jubilum purissimum, absque ullius tristitiæ dolorisque admixtione!

Et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra.

Apos. xxi.

PARA-



PARADISUS,

Corona Gloriæ.

XLVI.

Corona Gloria, desiderium cordium.

Ecc. 45.

Corona aurea super caput ejus. Hæc corona significatur per laminam auream ad formam coronæ factam, quam in capite gēstabat summus Sacerdos, quæque adeo pulchra visuque jucunda erat, ut hæc *Desiderium oculorum*, & ornamento suo rapuerit omnium oculos. Corona ista præfigurabat coronam Beatorum in cælo, quæ majori cum fundamentum pellari potest *Desiderium oculorum*, imò, *Desiderium animorum & cordium*: talis enim est, ut rapuerit satietque perpetua felicitate Beatorum animos corda.

XLVII.

Corona Gloria, virtutis premium.

S. Bona.

10.7. de ult. tempor.

Acc. 4.

Coronæ aureæ supra nominatæ nomen Dei, quæ essentialiam ipsam sanctitatis est, inculptum erat, unde de ea verificatur, quod sit *expressa signa Sanctitatis*. Et hoc ipsum quoque competit Beatorum Gloria, quæ duplex est: *Qua, & in Quâ*. Prima est Gloria creata, quæ est ipse actus visionis beatificæ: secunda est Gloria increata, quæ est ipsemet Deus, causa effectiva & objectiva ejusdem Gloriæ.

XLVIII.

XLVIII.

Corona Gloria, merces tribulationum.

Hæc corona malleis tribulationum elaborata est :
Gloria honoris, & *opus virtutis* : etenim via *Gloriæ*, *Cant. 6.3.*
 virtutis via est. Quapropter in lecticâ Salomonis ad re-
 clinatorium aureum ascendebatur per ascensum purpu-
 reum : quia non nisi per patientiam & passionem tem-
 poralem pervenitur ad quietem æternam. Unde si quan-
 doque gravis & molestus tibi videatur ascensus, quiescis
 suspice terminum, ubi si æternum desideres quiescere,
 iustum & æquum est, exiguo momento temporis pa-
 tiaris aliquid.

XLIX.

*Corona Gloria, stelleda, gemmea seu lapidea,
& aurea.*


Distinguit S. Bonaventura tres coronarum species in *S. Bon. 30.7.*
 sacra Scripturâ propositas, triplex est *Aurea*, *Stelleda* & *serm. de S.*
lapidea : *Corona aurea* super caput eius : *In capite eius co-*
rona stellarum duodecim : *Posuisti in capite eius coronam* *Barthol.*
de lapide pretioso. Prima corona convenit *Virginibus*, *Eccles. 45.*
 secunda *Doctoribus*, tertia *Martyribus* : quia aurum, *Apoc. 12.*
 propter puritatem suam, significat puritatem virgina-
 lem : *Stella*, ob suum splendorem, demonstrat lumen
Doctrinæ : *petra*, seu *gemma pretiosa*, propter duri-
 tiem suam, repræsentat *Martyrum* constantiam & for-
 titudinem.

L.

*Corona Gloria, qua apportat tranquillitatem
& pacem.*

Germinans pacem, & *pariens tranquillitatem*. Hi sunt
 fructus beatæ *Gloriæ* : *pax* & *tranquillitas* perpetua. *Eccles. 2.*
 M pax

pax cordis, tranquillitas mentis. O beatissima cœlestis
 Gloriæ, verus triumphus militum Christi! qui, ut
 bonus Dux, suos remunerat sequaces. & dat coronam
Isai. c. 61. pro cinere peccatorum oleum gaudij pro luctu, passionem
 laudis, suavemque Angelorum melodiam pro spiritu ma-
 roris. Siquidem, sicut Christus favum post seel gustavit
 dulcedinem Gloriæ post amaritudinem Passionis; ita
 quoque eveniet Christiano, qui post pœnas Mundi hujus
 gaudebit in altero.



PARADISUS,

Satietas cum desiderio.

LI.

*Satietas cum desiderio, satietas sine tadio
 & fastidio.*

Sap. c. 8.

Non enim habet amaritudinem conversatio illius
 nectareum convitius illius. Cum enim Deus
 seipso sit universale bonum & omne bonum, in
 causare potest minimam molestiam aut fastidium. Quod
S. Pet. Apo. propter dicitur de Angelis: In quem desiderant Angeli
 prospicere. Vident, & desiderant videre Deum; quia
 est desiderium mixtum cum imperfectione; sed summe
 perfectum est, non dicens rei desideratæ privationem
 sed summam oblectationem: & ab omni tristitia liberum
 & purum est.

LII.

*Satietas cum desiderio, propter appetitum
 sitim, quam habent, videndi
 Deum.*

Eccl. 24.

Beati in cœlo edunt & esuriant, bibunt & sitiant.
 Quia semper sentiunt summam voluptatem & oblecta-
 tionem

noem, nauseam & fastidium nunquam. Quapropter idem Deus certo quodam modo cibus simul est & fames: cibus in quantum satiat: fames, in quantum appetitum accendit & desiderium. O beatam satietatem, quæ nunquam generas fastidium! O beatam famem, quæ non privationem, sed tantummodo dicit appetitum & delectationem.

LIII.

Satietas cum desiderio, quæ obtineri nequit in hac vita.

Juxta Divinum Oraculum, qui bibit ex hac aqua ^{Ioan. c. 6.} ternarium voluptatum, nunquam propterea sitim suam explebit; sed bibendo unam, *sitiet iterum* aliam: quia est aqua finis virtutis. Sed qui bibit aquam Gloriæ, & Divinæ voluptatis, non *sitiet iterum*. Primum, non anhelabit deinceps ad voluptates & delicias temporales & transitorias. Secundò, neque etiam in futura vita anhelabit ad spirituales consolationes temporaneas. Tertio, in hac vita sitiet iterum consolationes Dei: quia quò magis gustatur, eò magis cognoscitur, ac proinde eò magis accenditur desiderium novæ delectationis & consolationis.

LIV.

Satietas cum desiderio, quæ comparatur aviditate.

Visne saturari de Deo in Gloria? quære eum cum aviditate fidei. *Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.* Beati, qui in hac vita semper vivunt famelici & avidi Dei, & amplius semper eum cognoscere & amare desiderant. Comparantur propterea igni, qui nunquam ^{Prov. c. 20.} dicit, *sufficit* (ignis nunquam dicit: *sufficit*) quia, quò magis accenditur, eò plus accrescit virtus ejus combustiva; ad eundem modum Dei servus curare debet, ut semper progrediatur & crescat in amore, merita adunga: meritis, nec unquam deficere & fatigari debet, donec attingat satietatem

Gloriæ.

M 2

LV.

Satietas cum desiderio.

S. Bern. med. 6. 4. Quia videbit Deum ad voluntatem, habebit ad voluptatem, fruatur ad jucunditatem. Videbit Deum semper cum gaudio, semper cum voluptate, semper cum felicitate. Quoniam delectabilis est Deum ad videndum, suavis ad habendum, dulcis ad perfrendum: C

S. Bern. ut sup. totum in illo invenitur, quidquid desideratur. Quoniam obrem hoc est totum bonum hominis, noscere & amare Creatorem suum.



PARADISUS,

*Premium Infinitum.**Premium infinitum, in unione cum Deo.*

S. Bern. med. 6. 4. Quia Premium est videre Deum, vivere cum Deo, vivere de Deo, esse cum Deo, & esse in Deo, & intra Deum esse totum Deificatum, absorptum, & transformatum in Deum: participando de perfectionibus & attributis Dei, juxta capacitatem naturæ suæ, Gratiæ virtutibus juxta & elevatæ.

Premium infinitum, propter participationem Divinorum thesaurorum.

S. Bern. loc. cit. Quoniam patebunt tunc arcana Divinitatis: in illis illo Gloriæ aperientur absconditi Divinitatis thesauri: manifestabuntur attributa Divina, Divina elucebit palchritudo & decor, & totum id, quod modo de Deo celatum & latet sub fide, tunc patefiet & ostendetur in Gloria.

O infinite Divinitatis thesauri, quando patebis? Beatus ille, qui te fruitur & gaudet in claritate cœlestis luminis, in splendore vultus Divini.

LVIII.

Premium infinitum, in infinita pulchritudine, & dulcedine Dei.

Amor nil aliud est, quàm boni & dulcis desiderium. Et hic Amor in nullo alio adæquato subjecto reperitur, *S. Dionys.* nisi in infinita pulchritudine & dulcedine Dei. Quanta-
cunque magna sit pulchritudo creata, & excresecat in
immensam cunctorum dulcedo bonorum; nunquam
extra Deum quietari poterit anima propter ipsum
Deum creata.

LIX.

*Premium infinitum, propter presentiam
omnis boni in Deo.*

Beatifica Divina Majestatis presentia omnibus erit o-
mnia. Erit communis omnibus Sapientia, Potestas, Iustitia, *S. Bern. loc. cit.*
Intelligentia, & cœtera attributa & perfectiones Dei.
Deus omnia, erit omnibus omnia.

LX.

*Premium infinitum, in infinitis meritis
Christi.*

Premium correspondet merito. Et quia nostra me-
rita dependent ab infinitis meritis Christi, & cum iis-
dem unita & conjuncta sunt, non quaecunque eis red-
ditur præmium; sed immensum & infinitum. Remu-
nerat Pater æternus merita nostra; at semper incuitu
meritorum Christi: Quâ de causâ infinitum Deus
elargitur præmium, quia infinitum
Christus acquisivit me-
ritum.

M 3 PARAS



PARADISUS,

In DEO Solo,

LXI.

In Deo solo, qui est summa infinitas.

Quia Deus in seipso est omnia, ideo in omni perfectione dicit infinitatem. Infinitatem Essentiae, unde est sufficientissimus: infinitatem intellectus, unde est sapientissimus: infinitatem in voluntate, unde est beatissimus: infinitatem in actione, unde est potentissimus: infinitatem in loco, propter immensitatem: infinitatem in tempore, propter aeternitatem: & in reliquis omnibus attributis & perfectionibus suis. Quae propter de animâ, quae gaudet in caelis, dicitur essentiali, propter solam Dei, non creaturâ, perfectionem.

S. Bern. de
consider.

LXII.

In Deo solo, qui est omne obiectum potentiae intellectivae.

Tres dantur Beatorum cognitiones, juxta D. Augustinum: Vespertina, Matutina, & Meridiana. Prima cognitio creaturarum in seipsis: secunda est cognitio creaturarum in Deo: tertia est cognitio Dei in ipso Deo seu in seipso. Quia videt Deum, in quo omnia creaturae videntur, & in quo omnia videntur. Ac propterea merito dixit Deus Patriarchae Abrahamo: Ego ero merces tua magnanimitas. Ac si voluisset dicere: ego solus, & non alius ero perfecta merces tua, sufficiens unde quaeque facere solentem beatumque.

S. Aug. in
Gen. c. 15.
Cornel. in
Gen. 6.
n. 340.
Gen. 15.

LXIII.

LXIII.

*In Deo solo, extra quem, quicquid est,
nullum est.*

Quia neque in terra, neque in cœlo reperitur aliquid extra Deum, quod satisfaciat & quietet. Et hæc Regij Prophetæ mens erat & sententia, quando dicebat: *Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram?* Nulla prorsus datur creatura, neque in cœlo, neque in terrâ, quæ cor meum explere valeat: propterea *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum: solus Deus, qui cor meum condidit ac creavit, illud exariare potest: neque ulli alteri, nisi soli Deo competit hoc nomen: Deus cordis mei, Deus centrum, quies, & gaudium cordis mei.*

LXIV.

*In Deo solo, qui est primum principium &
finis ultimus.*

Inquietum est cor meum, donec perveniat ad Deum. Unde meritò S. Thomas interrogatus, quam mercedem peteret, respondit: *Nihil, nisi te, Domine.* Et volebat dicere: nullam aliam, præter te, volo ac peto mercedem: nolo dona; sed volo Donatorem: *volo te, & non tua,* cum tu solus sis meum primum principium, & ultimus finis. Siquidem *Deus solus est finis desideriorum nostrorum qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur.* S. Aug. de civit. li. 22. c. 30.

LXV.

In DEO Solo.

Soli Deo honor & gloria. Quia Deus solus in merito gloria, solus, qui sit beatus, solus, qui alios faciat beatos: solus & solitarius in medio hominum, solus in medio Angelorum, solus in medio Sanctorum. Quia *solitudo non tollitur per associationem alterius, quod sit extrinseca natura, veluti sunt creaturæ comparatione Dei.* 1. Tom. c. 1. D Tho. 1. p. q. 31. a. 3o

Ita

Ita dicitur de homine, quod solus sit, & moretur in homine
tamen ei plurimæ adstant plantæ, ac diversa animalia
Solus igitur est Deus meus in Mundo, quia nulla in eo
reperitur creatura, quæ ei comparetur. *Sæpe ad extra
at non solus ad intra*, quia foelicissima ac Divina quædam
societate trium Personarum Divinarum, solis distinctio
rum relationibus; sed identificatarum in eadem Essentia
& Natura. Imitemur nos quoque Deum in solitudine
cordis nostri: quia, uti diximus Tomo primo,

*S. Chryso-
stomus.
Tom. I. p. 1.
de present.
Dei S. Gre.
Naz. l. cit.
Ibidem.*

*potest, ut medius urbes in tumultibus inhabitantibus
simus. Quod fit, Divinas, uti docet Nazianzenus
species nullis terrenis formis permixtas in se circumferens
non aliud, nisi Deum in corde gestando: & ad im-
itationem S. Patriarchæ Igaatii, omnes nostras cogitationes
verba, opera in Deum, tanquam in finem, referimus
ad Deum, Deique gloriam honoremque destinamus
cunctis quoque actionibus & operibus nostris
cunquo momento & tempore, ore circumferendos
fata verba: Soli Deo honor & gloria. Totum recurre
in solam Dei gloriam, quæ sit tota nostra conversatio
in terra, donec cæli incolæ eradamus &
cives. Amen.*

Laus DEO, Beataque Virgini Mariæ

